



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Distinct. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

tum Christi nobis applicat. Omnia hec non sunt propter impotentiam dei miserentis, sed propter ordinem quem instituit ad declarationem sue bonitatis. Sed de hoc latius infra. ¶ **Distinct. III.**

¶ **Sera penitentia, consolatio, et cōiter decipula est homini perversorum et induratorum, de qua ait Augustinus deo plenus: Agens penitentiam ad vitium et reconciliatus, si securus hinc erit, ego non sum securus. Quia tales videntur potius penitere ex necessitate, quam ex voluntate, potius timore pene, quam amore dei. De vero penitente dicit dominus Ezechiel. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est, et custodierit omnia precepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam (i. ius suum unicuique tribuerit, deo, sibi et primo etc.) vita vivet et non morietur. Faciendo iudicium et iustitiam, satisfacit lesio: Hec est satisfactio.**

NOX SECUNDA.

Præterea, si in omni vita sua quod operis boni nil egisset, et inter extrema vite constitutus, neque operari iam bonum posset, neque elargiendum propter deum quicquam haberet, modo in ea fide stabilis perseveret, credens firmiter quod satisfactio illa quam in cruce dominus ipse pro omnibus egit, pro suis etiam peccatis acceptetur, sufficiatque deo, imò quod propter hanc fiduciam fidemque rectam, iam sibi peccata dimissa sunt. Is qui eiusmodi est peccator, in gratia dei et sine peccatis moritur, filius eterne vite: propterea quod misericordie dei nobis promissa confidens innititur, et de bonorum omissione operum negligentiaque sua poenitet, ac veniam postulat.

¶ **Candela . II. Distinctio . I.**

¶ **Intelligentia eorum que hic dicuntur, dependet ex his que in precedentibus dicta sunt. Qui enim in omni vita sua nil boni operatus est, sed neque in ipso termino ullum opus bonum operari potest, velee**